



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Incipiunt Capitula Libri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

lerat ab interitu mentis. De cuius moribus, certamine, triumpho, & meritis, quod scriptis & recenti memoria nobis potuit peruenire, futuris temporibus prouidemus. EXPLICIT PROLOGVS.

## INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI.

- |  |       |
|--|-------|
| <b>Q</b> UOMODO beatus Emmerammus apud Pictauium nueritur, ac literis eruditur, & vniuersis factus est amabilis.                                       | I.    |
| Quod post pueritiæ flores, & adolescentiæ bonos odores promorum maturitate sublimatur episcopatus dignitate.   | II.   |
| Qualiter semetipsum palastra virtutum exercuit & subditis & ceteris harum exemplar demonstrauit.   | III.  |
| Quia non contentus cura ouium commissarum alias duxit in ouile Dominicum, & insuper pro nomine Christi desiderauit peregrinari.                        | IV.   |
| Quod post nobilem animi disceptationem exul veniens in Basoariam intrauit Radaſponam.  | V.    |
| Quod à Principe Pannoniam petendi licentiam postulauit, & hanc non obtinens dispositioni diuinæ animum supposuit.                                      | VI.   |
| Qualiter Noricam adhuc in fide nouitiam excoluit & post eriennem in ea laborem Romam ire disposuit.  | VII.  |
| Quod dominicæ dilectionis exemplo alteritatis onera suscepit, & per Spiritum prophetiæ Ecclesiasticis ventura prædixit, sicq; iter suum Romam direxit. | VIII. |
| Quod Ducis filia est sceleris publicata, & quia Lampertus virum DEI est persecutus, pro inobedientia multatus est grani sententia.                     | IX.   |
| Quod Præsul almus celebrat hymnos, & sermone confortat discipulos.   | X.    |

- XI. Quod Tyrannus Sanctum DEI merdaciter excipiens, tradidit suis puniendum, & de fuga comitum.
- XII. Quod vir DEI membratim sectus est, & quod duo è carnificibus per penitens cor saluati sunt, & Vitalis Presbyter.
- XIII. De miraculo in membris viri DEI facto, & exitu Sancte Iulii anima, & quod apud Aschem sepultus est, & de natura orbis mutata.
- XIV. Quod per reuelationes ordine mirifico ad Hiaticopolim id est Ratisbonam, est translatus, ibique honorifice est humatus, & quia pax aetheris redijt.
- XV. Quomodo hi tres interierunt carnifices, & eorum dominum qualis poena ceperit, seu qua miseria posteritas eius affecta sit.
- XVI. De miraculis locorum sectionis & vocationis.

INCIPIT LIBER DE VITA ET VIRTUTIBVS B. EMMERAMMI.

CAP. I.

**S**T in Aquitaniae partibus vrbs virorum illustrum titulis celeberrima, nomine PICTAVIS, in qua B. Emmerammus sine Christianorum parentem est nutritus, & ad discendas sacrae institutionis literas scholis traditus: vbi quam docilis fuerit, finis disciplinae, virtus, & virtutis socia dignitas ostendit. Nam in ipsa simplicitate, sic puerilis collatio mentem ad alta scripturarum suspendit, vt cunctorum aestimatio, quid esset futurus, praesagiret, cunctorum oculi notarent, omnium affectus diligeret. Hic tamen oblatum ex patria, fauor, sic ab eo prudenter accipitur, & acceptus augetur, vt nec humilitas minueret gloriam, nec grauitas excitaret inuidiam.

Suc-